etiam per modum communicationis, et exten ſionis huiuſmodi ſuffragari, illiſque frui, vti, et gaudere quando, et quoties opus fuerit poſ ſe, et debere in iudicio, et extra, ac etiā in foro conſcientię in omnibus et per omnia perin de, ac ſi ſpecialiter & expreſſe eiſdem Fratrum Minorum, ac Sanctæ Claræ, et Tertio de pęni tentia nuncupato ordinibus, cōceſſa fuiſſent, decernimus. Supplentes omnes et ſingulos iuris, et facti defectus, ſi qui forſan interue nerint in eiſdem, et nihilominus pro potiori cautela, et ampliori dono gratię, illa omnia et ſingula, quæ per prefatos predeceſſores no ſtros, ac Imperatores, Reges, et Principes, ac nos, et Sedem eandem, conceſſa, ſtatuta, et ordi nata fuerunt etiam iuxta ampliorem, et fauo rabiliorem illorum intelligentiam, et inter pretationem &c. Deinde concedit facultatem deputandi, Syndicos, Economos, et Actores bonorum Eleemoſynarum Monaſteriorum quando et quoties opus fuerit in ſingulis Con uentibus, et illis facultates aſſignat &c. Ad dit inſuper. Nec propter premiſſa Fratres Mi nores huiuſmodi contra regulam Sancti Frā ciſci quam profeſſi ſunt, et profitentur in futu rum ſiue contra ſtatuta regularia ſui Ordinis

huiuſ-